



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

XL. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen der Marienkirche in Stendal Hebungen aus Belkow, welche Nicolaus und Günther von Gardelegen zu einer Altarstiftung gewidmet haben, am 18. Mai 1283.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

fitus, Johannes de Gardelegen, Philippus, Conradus parochianus, Reynerus Cellerarius, Albertus de Revelde, Theodoricus de Brandenborch, Martinus de Crochere Canonici; Wezzelinus, Arnoldus Vlasmengerus, Johannes de Thuriz, Conradus Hiddo, Godinus de Sluden, Gervangus, Johann Storm, Godo Denekim, Thidemannus de Wegeleve, Thidemannus Noppowe, Arnoldus de Stendale, Hinricus de Bismarke consules, Hinricus de Rokez, Godescalcus de Yergow, Ghifelbertus de Scadewachten, Wilhelmus de Morfum, Baldewinus de Zerwift Burgenses, et alii plures fide digni. Ne istius ordinacionis imposterum ulli oblivio oriatur, sigillorum nostrorum munimine roboravimus prefens scriptum. Actum et Datum Stendal, Anno Domini MCCLXXXIII decimo septimo Kal. May.

Nach dem Abdrucke bei Lenz, Br. Urk. S. 111—114. — Das Original dieser und der vorherigen Urkunde ist mir nicht zu Gesicht gekommen.

XL. Die Markgrafen Otto und Conrad vereinigen der Marienkirche in Stendal Gebungen aus Belsow, welche Nicolaus und Günther von Gardelegen zu einer Altarstiftung gewidmet haben, am 18. Mai 1283.

In Nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus auditoris has literas et visuris salutem in domino sempiternam. Cum omnia, que sunt in tempore, simul labantur cum tempore, et de gestis hominum dura emergat calumpnia, expedit ut ea, que donantur a principibus, robor forciantur perpetue firmitatis et literarum testimonio eternentur. Inde est, quod constare volumus universis cristi fidelibus tam presentis temporis quam futuri, et tenore presencium publice protestamur, quod ecclesie sancte Marie in Stendal obtulimus quinque frusta dari frumenti sita in villa Belekow, nec non tria frusta dari frumenti, sita in eadem civitate, que a nobis Nicolaus et Guntherus, fratres, dicti de Gardelege, clare memorie, in pheodo possederunt, ob salutem et remedium progenitorum suorum et animarum eorum proprietatis titulo perhenniter possidenda, ob cultum divinum ampliandum et ad officium altare ibidem per eosdem constructum diebus singulis in ecclesia memorata. Pro huiuscemodi quidem dacione proprietatis triginta quinque marcas argenti recepimus Stendaliensis. Huius altaris collatio ad Decanum et consules civitatis prehabite pertinebit. Ut autem hec nostra donacio tam a nobis quam a nostris successoribus inviolabiliter et perhenniter obseruetur, presentem cedulam inde confectam conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri, Adhibitis nichilominus testibus ydoneis, Quorum nomina sunt hec: Johannes de Brunen, Johannes de Gardelege, Alewardus, Johannes Prepositus in Leuenwalde, curie capellani, Thidericus de Osterborch Dapifer, Johannes de Nowen pincerna, Luthardus de Scriberstorp, Heinricus de Wardenberch, Johannes et Conradus de Kercow, Buffo de Coctede, milites. Datum in mirica Ratenow, Anno Dominice incarnationis M^o. CC^o. LXXXIII^o. XV^o. Kal. Junii.

Nach dem Orig. im Pfarr-Archive der Marienkirche in Stendal No. 1.